

IV<sup>1</sup>.

1<sup>2</sup>. PROSTHESEOS PARALAGE<sup>3</sup> verðr þá er önnur *prepositio* stendr þar er önnur ætti viðræmiliga at vera, sem Þorleifr kvað<sup>4</sup>:

Höfðu vèr í þèr Hákon!  
er at hjörþingi gengum  
(þú rauðt Sköglar skýja  
skóð) forostu góða.

Hèr er í sett úviðræmiliga<sup>5</sup>, svà sem þeir hefði í Hákonu forostu góða, þá sem þeir höfðu af honum; verðr ok þessi figúra hvervitna þar, sem um fyrirsetning er skipt.

2. LITOTES<sup>6</sup> verðr á þrjár leiðir, stundum merkir hon framarr en skilning orðanna stendr til, sem Eiríkr viðsjá kvað<sup>7</sup>:

<sup>1</sup>) Auctorem Tractatus quarti, qui figuris orationis nescio unde collectis Tractatum Olavi Albipoëtæ (quem bis nomine citat) supplevit et auxit, longo post tempore vixisse, multa sunt quæ credibile faciant: 1) strophæ (ed. Raskii p. 337, str. 2), quæ significat, templum aliquod principale, regnante Hakone, fulmine deflagrasse; quo haud dubie significatur incendium templi cathedralis Skalholtensis, anno 1309, regnante Hakone Magni filio, dicto Haleggo, de cælo tacti et flammis absumto (Vita episc. Arnii Thorlacidæ, p. 124: Hist. eccl. Isl. Tom. 2. p. 57). 2) strophæ (ed. Raskii p. 345, str. 3), qua quatuor Norvegiæ reges ordine recensentur, nempe: Hakon Senior (regn. 1217-1263), ejusdem filius Magnus, Legum emendator (1263-1280), hujusque duo filii, Eirikus Cleri-osor (R. N. 1280-1299) et frater in imperio successor (c: Hakon Haleggus, R. N. 1299-1319). 3) strophæ (ed. Raskii p. 338, str. 1), quæ graves continet querelas de perversitate morum et contumacia erga leges, quæ respicere videntur tempus imperii Magni Eiriki filii, dicti Smekk (1319-1365) circa medium seculi XIV. Præter hæc observare licet: a) Quum Olavus Albipoëta in 121 stropharum laciniis nonnisi 5 loca adduxerit

## IV.

1. PROSTHESEOS PARALLAGE (προσθέσεως παραλλαγῆ) fit, quum alia præpositio ponitur, quo loco alia convenienter esse deberet, quemadmodum Thorleivus cecinit:

Habuimus in te, Hakon, quum  
procedebamus in gladii conventum  
(tu rubefecisti Skögulæ nubium  
noxas), præsidium bonum.

Hic i inconvenienter positum est, ut si IN Hakone bonum præsidium habuissent, quod AB eo habuerunt. Quæ figura ubique fit, ubi præpositiones permutantur.

2. LITOTES tribus modis fit: interdum plus significat, quam intellectus verborum secum fert, quemadmodum Eirikus viðsjá (cautela, Cato) cecinit:

ex carminibus sacris petita: auctor tractatus quarti inter 62 stropharum fragmenta adducit duodeviginti ex carminibus sacris desumpta, præter tres versus memoriales argumenti orthographici; ex quibus haud pauca novum ac recentiore colore produnt. b) his adde præcepta, RECENTIORIBUS poëtis data (ed. Raskii p. 344), quod commune habet cum auctore præfationis tractatuum Grammaticorum (ibid. p. 273-5); quare hos eundem auctorem esse puto (forte Bergum Sökkii filium, qui ob. 1350, sec. Arbækur Islands, auctore Espolino, I. 81.). — <sup>2</sup>) in codice W inscriptioni et literæ initiali vacuus locus relictus est. — <sup>3</sup>) sic dedimus; Protheseos paralage, W. — "προσθέσεων παραλλαγῆ est, cum alia quam quæ debet præpositio ponitur, ut: Cui tantum de te licuit? pro: in te". Diomedes "de Metaplasmo" in Libr. II., apud Putsch. col. 438. — Hanc figuram, nullo certo nomine insignitam, Olavus hvitaskáld supra tetigit, in Soloecismo, vide p. 114. — <sup>4</sup>) vide supra p. 114. — <sup>5</sup>) sic emend.; viðræmiliga, W. — <sup>6</sup>) sic Raskius conjecit pro Liptota (W), qu. λεπτότης. — <sup>7</sup>) cfr. Heiðarvíga saga, Ísland. sögur II. B. (1847) p. 390.

Styrr lét snart<sup>1</sup> ok Snorri  
sverðþing háð<sup>2</sup> verða,  
þá<sup>3</sup> er geirnirðir<sup>4</sup> gjörðu  
Gíslungum<sup>5</sup> lut þúngan;  
enn [ var eigi<sup>6</sup> minna  
ættskarð, þat er hjó Barði.

Ok skal svá skilja, at þat ættskarð, er Barði gerði,  
var meira en hitt, er áðr er greint. Stundum er  
Litotes<sup>7</sup> útþanning orðanna, sú er allt merkir, þar  
er sumt er talit, sem hér:

Sprúngu eigi öngar  
út or bæjum sútir,  
þvíat hyrr á havvi<sup>8</sup>  
heitr gekk fira sveitum<sup>9</sup>.

Hér er sagt, at *eigi öngtr* menn rynni af bæjum þar  
sem *alltr* runnu<sup>10</sup>. Sumstaðar merkir *eigi eingi*  
nökkurn eða mikinn, sem hér:

Fíngvann eigi engan  
eins með vatni hreinu  
guðs á virðum víða  
vinning at því siuni.

Hér er *eigi eingi* settr fyri nokkurum eða miklum  
vinníngi. Stundum standa tvær neitingar fyri einni  
játan, sem hér:

Ek veit at ní neitar  
nytju logs, því er flytja,

<sup>1</sup>) snarr, *Heiðarvíga saga l. c.* — <sup>2</sup>) háit, *Heiðarv. s.* —  
<sup>3</sup>) þar, *Heiðarv. s.* — <sup>4</sup>) *sic emend.*; in *W* geirnirðir *scriptum*,  
*quod Raskius leviter mutavit in geirvirðir*; gnyrverðir *et mox*

Acrem gladii conventum  
egerunt Styr ac Snorrius,  
quum hastarum gestores Gislungis  
iniquas condiciones tulerunt.  
Sed non minus erat illud familiæ  
damnum, quod Bardius cædendo facessivit.

Quod sic intelligendum est, familiæ damnum, a Bardio  
illatum, majus fuisse, quam quod antea significatum  
erat. Interdum Litotes est extensio verborum, totum  
significans, ubi pars recensita est, ut hoc loco:

Non exsiluere nullæ  
e prædiis catervæ,  
calidus enim ignis in capita  
hominum multitudinis grassabatur.

Hoc loco dicuntur nulli homines non excurrisse e prædiis,  
quum omnes currerent. Est ubi "NON NULLUS" significet  
aliquantum aut magnum, ut hoc loco:

Digitus unius Dei  
multis locis eo tempore  
non nullam victoriam de  
hominibus aquâ pura reportavit.

Hic NON NULLA victoria ponitur pro aliquanta vel magna.  
Interdum duæ negationes pro una affirmatione ponuntur,  
ut hic:

Scio, Bellonam luminis amnici  
non negaturam Luco flammæ

gerðu, *Heiðarv. s.* — <sup>5</sup>) Gíslunga, *Heiðarv. s.* — <sup>6</sup>) a [ varð  
eigi en, *Heiðarv. s.* — <sup>7</sup>) Liptota, *W.* — <sup>8</sup>) *sic W.* — <sup>9</sup>) *sic*  
*ex conjectura*; sveiti, *W.* — <sup>10</sup>) *ex emend.*; rynni, *W.*

meiðar geirþíngs glaðir<sup>1</sup>

Gunnr sjarðloga runni.

Hér segir skáldit, at konan, sú er manni játaðist fyrir flutning förunauta sinna, neitaði ní.

3. **TOPOGRAPHIA**<sup>2</sup> er þat, ef skáldit segir frá stað þeim er tíðindin gerðust, þau er hann vill frá segja, sem hér<sup>3</sup>:

Fríð stóð í bygð breðri<sup>4</sup>

borg Patera<sup>5</sup>, sorgum<sup>6</sup>

mest áðr lýðr frá losta

lut gætr í bý fættist.

Hennar fóstystir er *Bethgraphia*, er frá húsi er sagt:

Leygs svelgr en etr eigi

júgtanni lið manna,

<sup>1</sup>) a *Raskio jam ex conjectura additum; in W sine lacuna omissum.* — <sup>2</sup>) *W scribit Tophographia.* — <sup>3</sup>) *Hanc semistropham desumptam esse puto ex Encomio Sancti Nicolai antiquiore, ex quo infra in Ecclasi duæ semistrophæ adferuntur. Nam extat Encomium de S. Nicolao recentius, metro collato octosyllabo (hrynghenda) compositum, sub titulo: Nichulássdrápa Halls prests (forte Halli, abbatis monasterii Thveraensis, 1385-1393, Hist. eccl. Isl. 4, 46, vel etiam presbyteri Halli Ógmundi filii, qui carmina: Gimsteinn sive Krossdrápa, Náð, Michaelsflokkur, Mariuvisur et plura composuit, et testante Arna Magnæo post annum 1400 floruit). Ex quo Encomio recentiori adferam ea, quæ huic loco lucem adferre puto:*

*Str. 7.* Í Patera borg með stöðum ok strætum stóð þann tíð með blóma viðum erkistóll, sá um má yrkja, allvænn staðr, er Mirrea kallast. Lífðu nú, sem lögunum hæfði listug hjón, ok þágu af Kristi getnað þann, sem guð ber vitni, gúfugligan með lífi fúgru.

sinuum, quod hilares thalli

hastarum conventus proponunt.

Hoc loco ait poëta, feminam, quæ se viro intercedentibus comitibus despondebat, non negavisse (non dixisse non).

3. **TOPOGRAPHIA** (*τοπογραφία*) est, si poëta locum, ubi res ab eo exponendæ gestæ sunt, describit, ut hoc loco:

Pulchra stetit lato in territorio

urbs Patara, antequam numerus

incolarum, ab impura libidinis conditione

liberatorum, in oppido maxime minuebatur.

Hujus sodalis est *BETHGRAPHIA*<sup>a</sup>, descriptio domus:

Ursus ignis (domestici) deglutit,

non comedit, hominum cœtum.

*Str. 8.* Sem kviðug var af kviknuðu jöði, kemr þat undr á nokkri stundu yfir staðinn ok fólk með stórligum vöða, stendr borgin döpur af sorgum. Inn í staðinn skjótt nam skriða skæðr höggormr með bölvæð æði, hugði sér at hafa þar bygðir er hæð var mest, svo líti hann flesta.

*Str. 9. sequitur descriptio Basilisci.*

*Str. 10.* Hver megi sjá, eða hver megi heyra, hve mörg hundruð deyja mundu manna, áðr en meistarinn svinni, mildr drottinn, lækna vildi, etc.

<sup>1</sup>) *sic W; i. e. breiðri.* — <sup>2</sup>) *i. e. Patara, urbs Lyciæ.* — <sup>3</sup>) *i. e. sorgum, saurgum.*

<sup>a</sup>) *Vox couflata ex hebraica בית, domus, et græco γράφω, quam frustra quæsiui.*

gánga menn or munn  
margreptum fletvargi.

Hér talar skáldit af smíð hússins.

COSMOGRAPHIA er þat, er skáldit segir frá heimsins skipan, skapan, stöðu eða hætti eða setningu, sem hér:

Allr lýtr heimr und<sup>1</sup> hylli  
heilags friðar deilis.

CRONOGRAPHIA er þat, ef sagt er á hverjum tíma tíðindin gerðust, þau er hann vill frá segja, sem hér<sup>2</sup>:

Sjálfráði dó síðan  
sólar fróns at nóni  
sá er hëkk, en dag dökti,  
döglíngr á járnögglum<sup>3</sup>.

Svá er ok hin sama lígúra, þó at skáldit segi hvat samtíða er eða hverir höfðingjar löndum stýra, sem hér<sup>4</sup>:

Hákon rëð fyrir hauðri  
handsterkr, þar er guð merkti  
refsipátt hinn rëlta  
rángri þjóð at<sup>5</sup> ángri:  
laust með eldín æstri  
allvirkr höfukirkju  
himnagarðs ok hjörðum<sup>6</sup>  
hirðir glæpsku firðum.

<sup>1</sup>) in *W* scriptum est vñð, qu. undir, quæ lectio metri causa sequior est. — <sup>2</sup>) sic suppl., nam in *W* excidisse videtur. — <sup>3</sup>) Hæc semistropa in ed. Raskiana in textum suscepta est supra in skáldskaparmál cap. 52 (ed. Rask. p. 169 str. 8) ex

Homines ex rostro lupi sedilium,  
multis asseribus contignati, procedunt.

Hic poëta fabricam domus describit.

COSMOGRAPHIA (κοσμογραφία) est, quum poëta mundi ordinem, creationem, situm, rationem aut positionem describit, ut hoc loco:

Totus mundus se supplex submittit  
gratiæ sancti pacis distributoris.

CHRONOGRAPHIA (χρονογραφία) est, quum tempus significatur, quo res a poëta exponendæ gestæ fuerint, ut hic:

Sua sponte mortuus est deinde  
hora tertia pomeridiana rex  
campi solaris, qui clavis ferreis  
pendit, dies vero obscurata est.

Eadem figura est, quum poëta narrat, quæ res eodem tempore gestæ sin, aut qui principes terris imperent, ut hoc loco:

Manu fortis Hakon terræ  
imperavit, quum Deus notavit  
justam illam scuticam:  
ad puniendam pravam gentem  
et contumaciam sceleratorum hominum,  
omnipotens custos cælestis  
aulæ templum principale  
concitato fulmine percussit.

codd. G. et St., cfr. Tom. I. p. 451 not. 22. — <sup>4</sup>) de historia sequentis strophæ vide supra p. 190 not. 1. — <sup>5</sup>) sic ex conjectura; af, *W*. — <sup>6</sup>) matui hörðum, duris, pertinacibus.

4. YPALLAGE verðr þat, er sá er kallaðr þolandi, sem at réttu er gjörandi, eða sá gjörandi, sem at réttu er þolandi<sup>1</sup>, sem hér<sup>2</sup>:

Framan unnu gram gunnar  
gramnis<sup>3</sup> seiðs framir<sup>4</sup> meiðar;  
biðu Jótar lið ljótan  
laga gánga daga stránga<sup>5</sup>:  
lofag sjaldan hóf haldit,  
hatast dygð, hratast lygðir,  
tregs halda vegs valdar  
veginna arf meginjarfir.

Hér er arfrinn veginn kallaðr, sá er maðr var frá veginn, sá er með réttu hélt, er þeir tóku er hann drápu, ok í öðrum stað er sama figúra:

Mari sendu vers vinda  
veitendr góins leita<sup>6</sup>.

Hér er sagt, at vindarnir væri sendir skipinu, þar sem at réttu var skipit sent vindunum, þat er at skilja út sett í þeirra vald eða stjórn, ok í öðrum stað segist svá:

Blès um hvápta hása  
höfut skripamanns pípa.

Hér er pípan köllut blása, sú sem í var blásit, ok

<sup>1</sup>) *Hanc figuram adfert Isidorus, Orig. I. 35, in Schematibus: "HYPALLAGE est, quotiescunque per contrarium verba intelliguntur, ut: Dare classibus austros, cum ventis naves demus, non navibus ventos". —* <sup>2</sup>) *vide J. Olav. Nordens gamle Digtek. p. 61, ubi Olavius hanc stropham transtulit et in glossario illustravit; magna cum verisimilitudine putavit hos versus respicere gravem illam annonæ difficultatem, quæ cædem Knuti sancti, anno 1086 patratam, sub Olavo Sveinís f., R.D., subsequuta sit (Fms. XI. 294). —* <sup>3</sup>) *sic Olavius, ad metrum*

4. HYPALLAGE (*ύπαλλαγή*) fit, quum is, qui re vera faciens est, patiens, et qui re vera patiens est, faciens appellatur, ut hic:

Pugnæ periti gestores ignis  
scutarii devicerunt regem, in jure  
exsequendo severum. Cimbri acerbam  
temporum iniquitatem experti sunt.  
Raro laudo modum servatum:  
virtus odio habetur: mendacia deprehenduntur:  
possessores parci honoris, valde audaces,  
cæsam hæreditatem (vi) retinent.

Hic hæreditas cæsa dicitur, quæ interfecto legitimo possessore erepta et a percussoribus occupata fuit. Alio loco eadem figura est:

Præbitores collium serpentinorum  
equo pelagi ventos miserunt.

Hoc loco dicuntur venti navigio esse missi, quum re vera navis esset ventis missa, i. e. horum arbitrio sive potestati exposita. Alioque loco sic est:

Per rauca capitis palata  
flabat tibia histrionis.

Hic tibia, quæ inflata est, flare dicitur. Hæc figura

*accommodatus, pro grafins sive potius grafnis (= gramnis), quod in W exstat. —* <sup>4</sup>) *tamir, Olavius, quod et magis placet, propter framan, quod jam occurrit in primo versu. —* <sup>5</sup>) *Olavius haud dubie secundum conjecturam legit: liðljóta stránga daga, parum proficua, calamitosa tempora, a liðljótr, tetri auxilií, parum proficuus. Secundum lectionem codicis W ljótr liðr, foedus nodus, h. l. metaphoricè sumitur de gravi difficultate. —* <sup>6</sup>) *Hoc exemplum formatum esse videtur secundum illud Latinum: "Dare classibus austros", vide supra p. 198 not. 1.*

Þikkir hon jafnan ljót figúra, þó at hon finnist í skáldskap sett, fyrir sakir skruðs eða nauzynja.

5. PROSOPOPEIA<sup>1</sup> er ísetning nýrrar persónu, ok verðr á þrjár leiðir: Sú er hin fyrsta, ef skáldit segir at lífligr lutr tali til líflausst lutar, sem hér:

Grund taktu, bölví blandin,  
bót fyrir glæpsku ljóta,  
þér mun óhlýðni ærin,  
Ísland! búa þíslir:  
þú mátt úfrið óttast  
óþýð<sup>2</sup>; nema vel hlýðit  
fold þeim er sverðum sjaldan,  
siðir breytist hér, neyta<sup>3</sup>.

Hér talar skáldit nefndri figúru, eggjandi undirmenn at hlýða vel forstjórum sínum, ok nefnir landit í stað þeirra er þat byggja. Frá líflausum til lífligs lutar, sem hér:

Vatn kalla mik,  
vil ek eða þik  
hoddveitir, frams  
hauðrfjörnis grams:  
ek hreinsa allt,  
ek vermi kalt,  
ek birti sjón,  
ek bæti tjón.

Hér er sagt, at ölmusugjöfin kalli sik vatn Krists, ok telr upp dygðir sínar, eggjandi manninn til mildinnar;

<sup>1</sup>) Prosopopha, *perperam*, *W omnibus locis*. — <sup>2</sup>) *sic ex conjectura*; óþýðr, *W*. — <sup>3</sup>) *de historia hujus strophæ vide supra p. 190 not. 1.*

semper deformis habetur, etsi in poësi ornatus aut necessitatis causa usurpetur.

5. PROSOPOPEIA (*προσωποποιία*) est interpositio novæ personæ, tribusque modis fit: primo, quum poëta dicit (facit) rem animatam alloqui rem inanimatam, ut hoc loco:

Terra, malis imbuta, lue  
pœnas turpium scelerum!  
Tibi nimia contumacia  
calamitates, Islandia, adferet.  
Terra pervicax, timendum tibi est  
bellum, nisi probe morem geras eis,  
gladiis qui raro utuntur.  
Hic mores mutandi sunt.

Hic poëta, figuram memoratam adhibens, subditos hortatur, ut præsidibus bene morem gerant, terram compellans loco terram incolentium. A re inanimata ad animatam, ut hoc loco:

Aquam me vocant  
regis cœlestis.  
Auri præbitor,  
te confirmabo.  
Ego omnia purgo,  
ego frigida calfacio,  
ego visum clarum reddo,  
ego damnum reparo.

Hoc loco eleemosyna dicitur se appellare aquam Christi, virtutesque suas enumerat, hominem ad benignitatem hortans. Nam sicut aqua ignem corporeum exstinguit,

því at svá sem vatnit slökkvir líkamlegan eld, slíkt hið sama slökkvir ölmosan synda bruna ok þvær á þá leið sál, sem vatnit búkinn. Frá líflausum lut verðr prosopopeia<sup>1</sup> til líflauss lutar, sem segir í Barruk, at sjór ok skógr þjuggust í grend ok vildi hvárr annan upp taka, af því ljóp sandr í sjóinn, ok eyddi svá hans yfirgáang, en logi brendi upp allan skóginn; hér er svá um kveðit:

Grænn kvað viðr á víði,  
varð skjúpr í því, djúpan,  
út mân ek rýma reitu<sup>2</sup>  
ríkis míns af þínu:  
betr samir bolr með skrauti  
blóms, en unnir tómar;  
skóg man ek upp yfir ægi  
ángrlestan rótfešta.

Vátr kvað marr á móti:  
mân ek vald yfir þær halda,  
skal hrís um lög ljósan,  
lamit rót er þá, fljóta:  
sandr luktaði sundum  
sjór fékk af stað ekki  
en sterkr um böl bjarkar  
bani hvers viðar gandi.

Skógr merkir Júða, en sjór Chaldeos; þjóðir þær, sem eyddu ríki Chaldeorum, merkja sand, en guðspjallig kenning<sup>3</sup> eldinn, sú er í stað kom lögmáls Júða.

<sup>1</sup>) sic emend; prosopoph'ia, W. — <sup>2</sup>) ex conjectura, nam in W hæc vox nunc omnino est detrita; priores legerunt reyti. — <sup>3</sup>) ex conjectura additum; guðspjallig tantum W.

eodem modo eleemosyna æstum peccatorum exstinguit lavatque animum, quemadmodum aqua corpus<sup>a</sup>. Ab re inanimata fit Prosopopœia ad rem inanimatam, quemadmodum in Barucho (libro Baruchi) mare sylvaque in vicinia habitantes dicuntur alteri alteros occupare voluisse; unde factum est, ut arena in mare proruens æstum pelagi represserit, flamma vero totam sylvam combusserit. Qua de re hi versus compositi sunt:

Viridis sylva allocuta est mare  
profundum, fragosa voce resonante:  
fines imperii mei latius  
proferam, parte tui adempta;  
melius decet stirps arboris cum ornatu  
floris, quam steriles undæ:  
plantatam sylvam supra æquor  
noxa adfectum elevabo.

Humidum mare contra dixit:  
ego in te potestatem usurpabo;  
frutices, elisis radicibus,  
per lucidos latices natabunt.  
Arena freta interclusit:  
mare nihil loci nactum est:  
robustus vero interfector cujusque ligui  
circa truncum arboris grassabatur.

Sylva significat Judæos, mare Chaldæos, arena nationes, quæ regnum Chaldæorum deleverunt, ignis (doctrinam) evangelicam, quæ legi Judæorum succedebat.

<sup>a</sup>) cfr. Jus eccl. Novum, cap. 13. de Eleemosynis.

6. APOSTROPHA er sú figúra, ef maðr talar til fráveranda manns, svá sem við hjáveranda mann, ok setr sitt nafn í fyrstu skilningu at réttu, en þess í annarri, er hann talar til; en þó finnst öðruvís gort, sem Snorri kvað:

Eyjólfi ber þú elfar  
úlfseðjandi kveðju  
heim, þá er honum sómi  
heyra bezt með eyrum:  
þvíat skilmildra skálda  
skörúngmann lofag örfan;  
hann lifi sælstr. und sólu  
sannauðigra manna!

Þessi Eyólfr var Brúnason, skáld einkar gott ok búþegn góðr, en eigi færikr. Sama figúra er ok, ef maðr talar til heilagra manna, sem Ólafr<sup>1</sup> kvað:

Þér fremist því með tíri,  
þú ert næst guði hæstum.

Ok í öðrum stað<sup>2</sup>:

Teitr gefr Thómas ýtum  
trúarbót fyrir sið ljótan.

Er þessi figúra jafnan sett í bréfum, er menn sendast í millum, eða þeim prologis bóka, er einhverjum eru ætlaðar til réttingar eðr framburðar.

<sup>1</sup>) Hic Olavus, Leggi an Thordí filius fuerit, nescio. Videntur sequentes versus desumpti esse ex Encomio in S. Thomam (puto Cantuariensem, cfr. Vita Rafnis Sveinbjörnís filii, str. 2), hic autem decantari laudes St. Mariæ. — <sup>2</sup>) vide notam præcedentem.

6. APOSTROPHE (ἀποστροφή) est figura, qua quis absentem, velut præsentem, adloquitur, suum nomen in prima persona, ubi oportet, illius, quem adloquitur, in secunda ponens. Quanquam aliter factum invenias, quemadmodum Snorrius cecinit:

Saturator lupi, Eyolvo Albensi  
domum perfer salutem,  
quam auribus audire  
eum optime deceat.  
Laudo enim hunc liberalem virum,  
ingeniosorum poetarum principem;  
vivat ille hominum vere divitum  
sub sole fortunatissimus.

Hic Eyolvus fuit Brunii filius, poeta in primis eximius, vir liberalis, sed non dives pecuniæ. Eadem figura est, si quis sanctos homines adloquitur, ut Olavus cecinit:

Tibi ideo unacum gloria augeatur,  
tu summo deo proxima es.

Et alio loco:

Hilaris Thomas hominibus dat  
fidei incrementum pro turpi more.

Hæc figura sæpissime usurpatur in epistolis, quas homines inter se mittunt, aut in prologis librorum, qui aliis dedicantur, emendandi aut commendandi causa.

a) De hoc Eyolvo Brunii f. nihil mihi constat. Eodem Eyolvo auctore Edda Lüvasina unam semistropham adfert, quæ sic se habet verbo tenus, sec. Exscriptum, quod habeo: "Kallaðr er fútrinn sigla oc rá ok kennt fótur heiti, lær, kne, kálfa. Svo það Eyólfr Brúnason: Kaupir ár ne eyri | allrifum skal hlifa | orðrackr ylia sneckiur | austri rásir flaustra".